buni anteriores fuerunt; suavi et placabiles fuerunt, ausi de voluntate[a].

Pinctores[b], qui Domarci[c] appellati sunt, anteriores fuerunt; de Panonia[d] venerunt; mirabilem picturam[e] facere sciebant.

Ioannaceni, qui Ianaseni appellati sunt, de Stafilo venerunt; anteriores fuerunt, de[f] bona qualitate.

Sapini de Sabana venerunt; anteriores[g] fuerunt et campestres preliatores.

Tyeri de Trieste venerunt; anteriores[g] fuerunt, similiter magni bellatores.

Salviani de Salunicho[h] venerunt; ipsi anteriores fuerunt, et[i] ecclesiarum ediffìcatores[k].

Marignoni de Mantua[l] venerunt; tribuni anteriores fuerunt, nimium[m] fortes[n] de[o] voluntate.

Busignaci[p], qui Gemani appellati sunt, de Budes venerunt; tribuni anteriores fuerunt, in sensu tardi et nimium obscuri.

Rosei de Rosana[q] venerunt; tribuni[r] anteriores fuerunt.

Piani[s], Capuani appellati sunt, tribuni anteriores fuerunt; de Cavarçeres venerunt, et de bona qualitate.

Deusdedi Deodones, Fauni appellati sunt, de Friole venerunt; tribuni anteriores fuerunt; divites ac[t] potentes et sapientes fuerunt.

Paressi de Patua venerunt; anteriores[u] fuerunt.

Barbaromanus, Vilinicus[v] appellati sunt[x], de vegla Vercelli[y] civitate venerunt; anteriores et tribuni fuerunt, facilem sensum habentes, magni[z] de[aa] personis.

Fundareni, qui Fundacini appellati sunt, de Friole[bb] venerunt; anteriores fuerunt et tribuni, et nimium agresti de voluntate et ingeniosi.

Tornariti, Storladi modo[cc] appellati sunt, de Tornata venerunt; anteriores et tribuni fuerunt, facilem sensum habentes[dd].

(a) *S* de voluntate ausi fuerunt suavi et placabiles (b) *S* Vinctores *D* Pintores (c) *D* Domarçi (d) *D* Pinonia (e) *D om.* mirabilem *S* et mir. *D* pincturam (f) *S* et de (g) *D V* ante (h) *D V* Salunichi (i) *D V om.* et (k) *S* hediffìcatores (l) *D* Mantoa (m) *S* et in sensu nimium (n) *S om.* fortes (o) *D V om.* de (p) *D* Ausignaci (q) *D* Rosa (r) *S* et trib. (s) *D* Pani *S* Ziani (t) *S om.* ac (u) *S* et anteriores (v) *V* Viliari (x) *S* appellatus est (y) *D V* Verçeli (z) *V* facilis sensu abente magnis *S* et magni (aa) *S* in (bb) *S* Friolo (cc) *S* nunc (dd) *V* facile sensu habente